



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Pars III. De quinque Præceptis Ecclesiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

de Slapud Ant. à Spic. S. rr. 5. de jur. dist. 1. q. 1. n. 54. qui eos sequitur tantum quod veritas scripturas: At in consulti nostram veritatem probabilem vocat, pluribus rationibus, & auctoribus confirmat.

SECRETUM NATURALE

1790. Monitur, vel expressè, ut *Tibi dico* sub sigillo confessionis, sub secreto naturalis, ut nemo dicas, &c. vel implicite: *Tibi dico, ut amico pro consilio, ut dolorem leniam, &c.*

1791. Obligat sub mortali, si res sit gravis considerationis, & ejus violatio cedat in gravitatem, aut in gravem displicentiam, quæ quæ secretum commisit; quia tunc violatio secreti valde nocet societati humana, & est gravium discordiarum causa. Quod est verum, etiam si uni, vel alteri viro prudenti, si qui secretum imposuit, iis specialiter

non velit secretum revelandum. Idem dic ad litterarum injuriosa aperitione, nisi prudenter præsumat auctorem litterarum non invitum, aut nisi id facias ad vitandum grave damnum injustum, quod inde prudenter times.

1790. Magis peccant Secretarius, & Notarius publicus, qui tenentur ex officio, & sub juramento ad secretum. Non est peccatum revelare secretum naturale, etiam juratum ad impediendum damnum publicum, aut tertiæ personæ innocentis, seu si secretum sit de delicto patrando. Est autem mortale illud revelare, si damnum sit jam secutum, & non pendeat in futurum: *v. num. 126. 1704. à 1733. ad 1736. 1633. 1696. & 1697. § 10. 2. à n. 55.*

Scotus in 4. dist. 15. q. 4. lit. F. M. str. in theol. mor. disp. 11. q. 9. Joan. la Cruz 8. præc. Bulemb. lib. 4. cap. 3. dub. 4. 6. & 7. lib. 5. cap. 3. dub. 2. n. 6.

PARS TERTIA

De quinque Præceptis Ecclesiæ.

DE I. PRÆCEPTO.

Audire Missam diebus Dominicis, & festis de Præcepto.

1792. Fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, qui regulariter post baptismum expletam præsumitur, tenentur mortaliter audire factum diebus Dominicis, & festis de præcepto.

1793. Ad satisfaciendum huic præcepto requiruntur, 1. *Præsentia moralis.* hoc est necesse, quod actu audiat Sacerdos, aut videat; nam mutus, surdus, aut obmutationem populi distans, ut actu nec audiat, nec videat, satisfacit, si sacrificio sit præsentis, adeoque per auditionem Missæ, intelligitur. *Missæ Exam. Ecclesiast. Tom. I.*

tur actio, qua quis sacrificio est præsentis, eique assistit modo humano, corpore videlicet, & mente, & in tali distantia, ut possit Sacerdotem videre, ejusque Ministerium, & actiones attendere. Unde non satisfacit, qui è fenestra suæ domus extra Ecclesiam sita Missam, quæ intra Ecclesiam celebratur, audit; quia non est moraliter præsentis. Assurmat tamen Tamb. lib. 4. c. 2. §. 1. n. 14. & Clericatus c. 109. n. 7. Similiter, nec qui extra januam Ecclesiæ positus, eam audit; nisi id contingeret ob multitudinem nimiam populi, quam Ecclesia capere non valet, qui tunc censetur moraliter præsentis ratione conjunctionis cum multitudine, cum qua constituit unum corpus morale fidelium, sacro præsentis, & assistens.

1791. 2. *Intentio.* Requiritur, inquam, intentio

Ggg

tentio

tentio audiendi missæ saltē virtualis, ut interpretativa; quam *vide in tom. 3. in Exam. ordinand. a. n. 206.* unde qui in Ecclesia est præfens sacro non animo audiendi sacrum, sed expectandi amicum, non satisfact; quia actio illa auditionis, est purè casualis, externa, & non humana; Ecclesia autem præcipit actum humanum, ac proinde voluntarium, seu actum mixtum ex externa auditione, & interna volitione: *v. num. 184.*

2792 Econtrà, si audis, habens intentionem audiendi, non tamen satisfaciendi per illud sacrum præcepto, sed ob devotionem; si postea aliud sacrum non audias, satisfecisti præcepto; quia præceptum vult auditionem humanam; animus autem non satisfaciendi præcepto hæc, vel illa auditione sacri, non facit, quin auditio illa fuerit humana. Tum quia aliud est loqui de animo non satisfaciendi præcepto hæc, vel illa auditione sacri, aliud de animo absolucè non satisfaciendi præcepto, quia hic, utpote exclusivus actionis præceptæ, est mortalis: *v. num. 145.*

2793 Item, qui audit Missam ob devotionem, ignorans esse diem festum, si postea advertat, non tenetur ad aliud sacrum, quia jam satisfecit, tam ob allatam rationem, quam ob virtualem intentionem satisfaciendi.

2794 3. *Attentio.* Requiritur sub mortali. Dian. Car. de Lugo, Tamb. & alii volunt, sufficere solam attentionem externam, quatenus, dum quis assistit Missæ, non occupetur in aliqua actione externa mortaliter impossibili cum auditione, v. gr. pingendo, scribendo, confabulando, &c. adeoque non obstare solam internam distractionem mentis etiam voluntariam; quia Ecclesia præcipit auditionem externam, & orationis substantia non dependet ab attentione actuali interna.

2795 Dico tamen, sub mortali requiri attentionem internam, Magistrus cum Cajetano,

& Bonac. quia Ecclesia præcipiendo nem facri, præcipit actionem intelligiosam, qualis non est, nec auditio oratio fuit ulla prorsus attentione præceptum omnimoda voluntaria distractione terna. Omnino *v. dicta a. n. 286. §. 4.*

2796 Attentio vero interna est mixta. Qua attenditur ad actiones Sacerdotis. Qua attenditur ad significationem verborum. 3. Qua inde mens ad Deum elevatur contemplando videlicet mysteria, quæ per actionem aut Sacerdotis verba exprimiuntur, hæc attentio est melior, tertia est optima, hæc prima est necessaria. Quia præceptum auditione Missæ non est de oratione, sed de substantia Sacrificio. Requiritur igitur, virtualiter, & in confuso attendere ad actionem Sacerdotis. Unde est mortalis distractio notabilis, secus, si sit voluntaria ut sæpe contingere solet, aut voluntaria, sed brevis: *v. a. n. 441.*

2797 4. *Integritas:* unde mortale est peccatum notabilem omittere. Parvam partem tant communitè Doctores, omittet in principio Missæ usque ad Epistolam exclusivè, communionem exclusivè usque ad finem, usque ad Evangelium exclusivè.

2798 Non satisfact præcepto, mortaliter peccat, qui duas, aut quatuor partes simul à diversis celebrantibus audiat, propositio affirmativa est damnab. Innotio XI. vide *in propof. 53.* quia præceptum de audienda una integra Missa: quæ distinctio satis colligitur ex ipsa damnatione factis ex Cathedra loquentis, qui enim partes sacri simul à diversis celebrantibus audit, non dicitur audire unam integram Missam, sed plures partes plurium Missarum nulla integra.

2799 Eadem ratione non satisfact, qui duas partes successivè à diversis celebrantibus

nia contingere solitas. Et parum interest, quod oratio sit præcepta, vel non præcepta, ad hoc, ut attentionem sufficientem impediatur, vel non impediatur.

2803 Durante tamen sacro, non potest quis confiteri. Azor. contra Bonac. quia confessio non est oratio, sed accusatio, & actus iudicii omnino disparatus, & attentionem ad sacrum impediens. Affirmat Clericatus cap. 1. si cito se expediat, putat usque ad Evangelium.

2804 Qui mande discedit è loco, ubi festum colitur, accessurus ad locum, ubi non colitur, non tenetur prævenire, per Bonac. & alios, quia præceptum non est affixum determinata horæ, sed extenditur ab aurora usque ad meridiem. Dico tamen, quod teneatur prævenire, si sine gravi incommodo potest; quia providens impedimentum proximum futuram adimpletionis præcepti, tenetur eam prævenire, si sine gravi incommodo potest; alioquin censetur velle malitiosè transgressionem: vide hic nu. 2900. & 2903. tom. 2. n. 636. & tom. 3. n. 283.

2805 Excusat ab auditione sacri die festo rationabilis causa, quia præcepta positiva Ecclesiastica, utpote ex benigna matre, non obligant cum tanto rigore.

2806 Excusat, 1. *Impotentia physica*: hinc excusatur infirmus, aut detentus in carcere: v. nu. 456. & 457.

2807 2. *Impotentia moralis*; seu *gravis difficultas*: hinc excusatur, Qui prudenter grave damnum sibi, aut aliis timet, si exeat. Qui gravem difficultatem habet, ob notabilem distantiam ab Ecclesiâ, & pluviam. Gravidâ, si graviditas sit periculosa. Mater, si non habeat cui relinquere infantulum, nec possit secum ducere, qui alias solus domi pati posset periculum, Persona, que habet infirmos domi, qui possent pati periculum, &

Ggg 2 n. n

non habeat qui relinquere. Qui debet gravia negotia expedire, quæ commodè differre non potest. Qui iter agens sacrum audire non potest, nisi amittat socios, sine quibus prudenter timet latronum periculum, aut aliud malum. Mulier honesta, quæ caret habitu honesto, quia non obligatur accedere cum gravi sua confusione, curare tamen debet, ut accedat valde manè, quando populi concursus esse non solet; si id sine gravi incommodo, aut confusione facere potest.

2808 3. *Officiam.* Hinc excusantur milites qui castrum, aut portas Civitatis custodiunt, si sine periculo suo muneri deesse non possunt Pastores ovium, & aramentorum, & similes, si ex absentia periculum timent; quod quidem regulariter contingit; qui tamen, si sint plures, curare debent, ut relictis uno, aut pluribus, quot sufficiunt ad custodiam, accedant alii ad sacrum: & sic faciant ad vicem, vel diversis horis ejusdem diei, vel diversis festis, juxta loci propinquitatem, aut distantiam.

2809 4. *Consuetudo.* Hinc excusantur mulieres, si ex consuetudine patriæ egredi non soleant tempore luctus, aut post partum, per dies purificationis, dummodo non exeant ob alias causas. Consuetudo mulierum ubi est manendi primo anno viduitatis domi, ita ut neque diebus festis exeant ad audiendam Missam est ab Episcopis, uti irrationabilis, & exorbitans, extirpanda.

2810 5. *Censura.* Hinc, qui est legatus excommunicatione majori, aut interdicto, nec tenetur, nec potest sine mortali Missa audire.

Tempore autem interdicti habens Bullam peccat mortaliter, si die festo omittat factum; quia tenetur implere præceptum, quando potest; sed tunc potest, nam per Bullam potest audire sacrum tempore interdicti; igitur.

2811 6. *Inadvertentia,* quia si quis inadvertens, aut oblivio æquivalet ignorantie, adeoque excusat à culpa: v. *num. 2812.* Quæres. *In Villa,* ubi est sacerdos, die festo Petrus accedens ad ecclesiam, an teneatur audire reliquum Missæ, si reperit Sacerdotem pervenisse ad præceptum, quod est de integra.

Resp. Teneri Moya, & Arledunus. Pars ista à præfatione ad finem est integralis, nam in ea continetur essentia sacri, nempe *Consecratio, Oblatio, & Commemoratio.* Prior vero pars est pure integralis, & cessoria, principale autem non secus est cessorium, sed è contra: adeoque Petrus tenetur ad illam audiendam.

Scotus in 3. d. 8. quæst. univ. art. 2. *Boetius* strius disp. 11. quæst. 2. art. 1. *Junius* Cr. pag. 49. *Tamb.* tom. 1. pag. 124. *Lessius* Prac. Eccl. tom. 2. *Bulem.* lib. 1. cap. 1. §. 3. *Clericatus* c. 47. & 109. *Mendoza* tom. 2.

DE II. PRÆCEPTO ECCLESIAE.

Jejunare in Quadragesima, Vigiliis, & in quatuor Temporibus.

Es non comedere carnes diebus Pentecostæ, & Sabbati.

JEJUNIUM

2813 **E**cclesiasticum, quo ad substantiam consistit in unica comestione per diem, cum abstinentia à carnibus.

2814 Majoris metiti est jejunium ex consilio; aut voto. quàm spontè factum; hoc est sine præcepto, aut voti onere; habet meritum solius temperantiae; factum veto ex voto.

tr. 15. ref. 29. cum de Castillo, qui ait: *In hoc enim casu mutat quidem sententiam, & variat horologia, sed non ex primaria intentione variationis, quia sic esset alterutrus collusio, cum agatur de duobus præceptis; sed ex accidenti, quatenus nesciens aliam esse regulam præter unquam primi horologii, illam capit sequi, postea vero se accommodat alteri regulæ, quam videt probabilem.*

QUÆRES II.

2818 *An liceat die Dominico jejunare?*

Quantum est ex se, licitum esse ostenditur, ex cap. *Utinam dist. 26. Utinam omni tempore jejunare possimus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo creâtes fecisse legimus.*

2819 Attamen circa hoc, quod est ex se licitum, errores, & superstitiones immiscere hæretici. Nam *Manichæi*, in contemptum Resurrectionis Domini, dixerunt, jejunium die Dominico necessarium esse. *Aerius, & Erasmus*, è contra apud Alphonsum de Castro *ver. jejunium*, volebant, jejunia non esse aliquo, & statuto tempore instituenda, sed quemlibet spontè jejunare debere, & quando voluerit.

2820 Ob quas hæreses, superstitiones, & alios errores, in Can. 65. Apostolorum definitur: *Si quis Dominicum diem, aut sabbatum, uno solo dempto, jejunare deprehendatur, deponatur, sin laicus, è communione ejiciatur. Et in cap. Quadragesima de consecratione dist. 3. Ecclesia à quadragesima dies Dominicos excipit; & in cap. ex parte, de obser. jejuniorum, si jejunium alicujus Vigilia in diem Dominicam incidat, anticipari præcipit præcedenti Sabbato, ne videamur judaizare, & ne dentur manus erroribus, ac ut majori lætitia Deum, atque sanctos diebus solemnibus recolamus.*

Ggg 3

2321

periculum Religionis, quæ est melior temperantia, quæ est factum ex præcepto, habet meritum obedientia, quæ ex 1. Regum 15. est obediens victima, id temperantia, quia est species virtutis justitia, quæ superiori præstat, quæ debetur. Hinc in Evangelio dicitur: *Si quis ad vitam ingredi se serva mandata: Et Regius Vota consulti, dicens: Vovete, & redi ad Dominum Deus vestro omnes, qui in circumstantiis agere minerva. Et necessitas illa ex præcepto, non est necessitas coactionis, sed obligationis in Dei cultum, quæ plene libertatem executionis minimè tollit.*

DE TEMPORE.

Hoc præceptum obligat sub mortali ad jejunandum diebus ab Ecclesiâ præscriptis: vide prop. 23. ab Alexand. Leon. nempe diebus Quadragesimæ, Temporum, & Vigiliarum.

comestio, quæ est circa meritum, non potest sine causa prævenire non est veniale, sed veniale; imò nullum, si ex causa; comestio non est de subit. Idem dic. si collatio facienda serò, comestio, & comestio serò.

2816 Cœnans die Jovis, si dubites; an sit veniale noctis, potes comedere carnes; si in possessione libertas edendi. Si idem die Sabbati, teneris abstinere, quia præceptum abstinenti, ut in dubio.

QUÆRES I.

2817 *An liceat prosequi unum horologium Ecclesiastico, & aliud pro jejunio naturali à communione?*

2817 de Lugo; quia eo ipso, quod quis unum horologium liberè accipit, videtur renunciare unum aliis. Affirmat Diana part. 10.

2821 His de causis Urb. VIII. 14. Octobr. 1678. declaravit, quòd, quando Vigilia S. Joan. Bapt. incidit in Festo Corporis Christi, anticipandum sit jejunium Feria Quarta: eo quod dies Festus hujusmodi. quo tanti Sacramenti institutio summa totius popul. Christiani latitiam recolitur, & principalibus anni festivitatis existat.

2822 Idem debet disponere Episcopus, si in festo solemniori alicujus patroni principalis Vigilia occurrat. Sanchez in consiliis lib. 5. d. 5. n. 7. Ant. à Spir. Sanct. c. 1. et 6. dist. 2. sect. 5. n. 140. Fagnanus lib. 3. Decretal. S. C. Consilium de obser. jejuniorum nu. 31.

Hac ratione Panormi jejunium Vigilia D. Jacobi, quod contingit in Festo Natalis S. Christianae, transfertur in diem praecedentem.

2823 At non potest Vigilia sic transferri ab Episcopo, si cõtingat aliquo die bacchanalium; quia tunc non habetur causa sufficiens transferendi, sed potius jejunium ab Ecclesia tunc praescriptum monendi ad magis cohibendam petulantiam carnis. Et Ecclesia Vigiliam transferre non consuevit, nisi ob causas relatas, quae locum non habent die bacchanalium. Leander de jejunio tr. 5. dist. 10. quest. 42.

His accedit Decr. S. Rituum Congr. 23. Jan. 1694. jejunandum esse eadem die Vigiliae S. Matthiae, non obstantem, quòd contingat ultima die bacchanalium.

2824 Insuper non esse jejunandum Dominicis diebus decernitur in cap. Ne quis jejunet, de consecr. dist. 3.

2825 Demique S. Congr. Univ. Inquis. Rom. anno 1686. praecipit, ut nullo pacto ex devotione, etiam B. Virginis, imponatur jejunium, quòd indifferenter amplectatur dies Dominicos, & festivos solennes, putà faciendum una die hebdomadae totius anni, utpote quòd sit contra usum, & praxim Ec-

Ecclesiae; non impedit autem, si jejunium commutetur eo die festivo in alium commutationem, aut ad alium diem transmittatur. Dicta dispositio S. Congr. alleratur in Archivio nostrae Provinciae.

2826 Idem est dicendum de voto jejunandi, adeoque votum jejunandi ordinantem, cum Dominicis, aut cum aliquo singulari die hebdomadae, v. gr. ex septem diebus hebdomadae jejunandi die Dominica, est nullum, utpote materia illicita; ità ut neque sit transmittendum; quia tale jejunium est contra divinos, falsus, & superfluous, ait Cajet. 2. 2. 93. art. 1. ver. in sequenti verbo. Unus est spectus de haeresi.

2827 Hinc qui vovit jejunare per annum ea die hebdomadae, qua fit festum Annuntiationis, si expressè habuit intentionem comprehendendi dies festivos solennes, ut dies Dominicos, quatenus festum die Dominica venit; non tenetur ad jejunium, non obstante; quia sicut de materia illicita, si non habuit hanc expressam intentionem, sit intentionem rectè jejunandi, ob verum cultum & devotionem (quòd in dubio est presumendum) tunc validum est votum, si libet, occurrente festo solemniori, aut Dominico, anticipare jejunium; quia intentio recta, utpote recta, praesumitur fuisse de jejunando juxta usum & morem Ecclesiae.

2828 Thomas del Bene par. 2. de votis dub. 219. sect. 4. num. 7. Arias lib. 3. de voto, num. 69. & Sanchez in sum. lib. 2. c. 1. num. 16. addunt: Quòd secus dicendum fuerit votum jejunandi solis aliquibus diebus Dominicis ob beneficium, aut honorem quem finem, secluso scandalo. Et motus alio provo morali sine. Et etiam secluso vero propter ritus studio; quia tunc est votum de re licita. Eò maxime, quia tunc haud amplius viget praemissa haeresis.

QUÆRES III.

2829. An præceptum jejunii qualibet sex-
 feria, quod habent ex Regula Fratres Mi-
 nimi, etiam si feria sexta contigerit
 Natalis Domini?

Non obligare, tenet Melphi, in comment. c.
 2. par. 23. qn. 5. cum Diana Bonac. Fa-
 nabez & alii apud ipsam, ac novissimè Go-
 lorum, 3. de voto n. 115.

Ratio est, quia Præceptum Regulae de je-
 jundo qualibet sexta feria, cum in eo non
 celebratur festum Nativitatis, intelligitur
 tantum juxta consuetudinem Ecclesiæ, quæ
 est cunctis fideles à communi obligatio-
 ne abstinentiæ à carnibus dispensat.

130. Unde ad textum Honorii II. qui
 prædictum adducitur, respondent, ibi esse
 mentionem de iis, qui sunt adstricti voto je-
 junij, præterea comprehendente diem Nata-
 lis, ut Fratres Minimi, qui proinde eo
 abstinere debent à carnibus. Nos eutem
 attenditur ad jejuniū feria sexta ex vo-
 to, ex præcepto. Nec dictum præceptum
 mentionem facit de die Natalis Do-

131. Nec demum consuetudo in con-
 tractu obstat, quia statuta Ordinis, & con-
 traria Religioni, etiam auctoritate
 canonica roborata, ex Declar. Sixti IV.
 post Honorium) per Bullam 26.
 1480. apud Bullariū
 159. non obligant sub culpa mor-
 talis poena exteriori. Bulla est tenoris

circumspicte, &c. Sanè
 prædictorum filiorum Ministri Gene-
 rales Fratrum Ordinis Fra-
 trum Minimi nobis nuper exhibita petitio

continebat, quod licet multis fratribus ejus-
 dem Ordinis satis durum, & difficile sit, regu-
 lam B. Francisci tenere, ac ad suam salutem
 animarum sufficere videatur, regulam ipsam
 laudabiliter observare, nihilominus, quia
 nonnulli Romani Pontifices prædecessores
 nostri, & alii, ac etiam Generalis, & Fratres
 ipsius Ordinis fervore devotionis accensi, ul-
 tra dictam regulam nonnulla statuta, & or-
 dinationes suæ constitutionis fecerint, per
 quæ aliqua eisdem fratribus prohibentur,
 ut potè comedere carnes in Nativitatis, Re-
 surrectionis, & Ascensionis Domini nostri
 Jesu Christi, & Pentecostes, ac Beatorum
 Petri & Pauli Apostolorum, cæterisque aliis
 festivitibus, & diebus, quædam verò alia
 ipsis præcipiuntur fieri sub excommunica-
 tionis poena, vel aliis censuris Ecclesiasticis,
 seu aliis poenis, quas contra facientes ipso fa-
 cto incurrunt; multi propterea dicti ordinis
 fratres contra faciendo censuris, & poenis ta-
 liter latis sæpè numero involvuntur, & illa-
 queantur: unde statuta, & ordinationes præ-
 dictæ potiùs ad animarum suarum dispen-
 dium, quàm salutem edificare videntur. Ve-
 rum si censuræ, & poenæ prædictæ in contra-
 facientes, ut præfertur, ipso facto late in-
 comminatorias, & infligendas, & tempora-
 les poenas mutarentur, profectò saluti pluri-
 morum opportunè consulerecur. Quare pro
 parte ministri, & fratrum prædictorum no-
 bis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis in
 præmissis opportunè providere de benigni-
 tate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui
 fidelium animarum dispendiis libenter ob-
 viamus, eorumque salutem sinceris desiderii-
 is exoptamus, hujusmodi supplicationibus
 inclinati, auctoritate Apostolica, tenore
 præsentium, statuimus, atque decernimus,
 quod Ministri, Custodes, Guardiani, &
 fratres dicti Ordinis præfentes, & qui pro-
 tem-

tempore fuerint, ex statutis, seu consuetudinibus, vel declarationibus dicti Ordinis præter regulam quomodo libet, & à quibusvis iuribus, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, illis contrafaciendo, nulla Ecclesiastica censura, nulloque mortalis peccati vinculo ligari valeant, nec censuras, nec pœnas, seu mortale peccatum huiusmodi incurrant: nisi tales essent casus, vel excelsus, qui divina lege, seu præcepto Romanae Ecclesiae merito inducerent ad mortale: censuras, & pœnas taliter latas harum serie revocantes, & annullantes, illasque ad vim comminationis pœnarum conaminatoriarum, & ferendarum, seu corporales, & temporales pœnas prædictas, per Generalem ministrum, Custodes, Guardianos, & alios prælatos ipsius Ordinis ferendas, & infligendas reducentes, &c. Non obstantibus statutis, ordinationibus, & declarationibus præmissis: quibus quoad hoc expressè derogamus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: nec non aliis statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis contrariis quibuscumque.)

2832 Et Pater Vvadingus ad annum 1215. refert, S. P. Franciscum super hoc à fratribus interrogatum respondisse: *Non solum homines puto die illo carnes manducare posse, verum etiam parietes scis vesci possent, abundanter eis ministrandas velim, vel de foris carnibus livendos.*

2833 Obligare docent nostræ Regulæ expeditores, Corduba, Miranda, Rodr. Port. & alii apud Melphici. & ex exteris Fagnanus lib. 3. c. Explicari 3. de observ. jejuniorum. Ex Decl. Honorii III. c. Explicari 3. de observ. jejun. lib. 3. Qui Episcopo Pragensi super hoc puncto interroganti respondit.

Explicari per Sedem Apostolicam postula-

sti, &c. Respondemus, quod illi qui necesse est Regulari observantia sunt adhiberi, in feria si festum Nativitatis Domini, ad venire contigerit, carnibus propter jejuniæ lenitiam vesci possunt, secundum consuetudinem Ecclesie generalis. Nec tamen habendi sunt, qui ob devotionem volunt finire.

2834 Cui declarationi accedit consuetudo, & praxis totius nostræ Religionis, quæ est ab hac sententia recedendum.

QUÆRES IV.

2835 An Moniales S. Claræ tenentur mortali ad jejuniæ Regulæ, nempe sextæ, feria sexta?

PRO Clarissis duæ sunt editæ Regulæ: prima fuit tradita à S. P. N. Francisco, approbata ab Innoc. IV. 16. Sept. 1234. Continetur Bullario tom. 1. in duodecim capitulis, quorum tertio imponitur pœna excommunicatio perpetuam.

2836 Secunda fuit disposita ab Urbano II. 1263. Quæ incipit *Beata Clara*, & dividitur in 7. in tom. 1. Bullarii, & dividitur in 16. Capitulis, in quorum undecimo fuit moderatum penitentiæ, & impositum à festo Nativitatis Virginis ad Festum Resurrectionis Domini & feris sextis.

2837 Denique plenas manus dedit Gregorius IV. Nonis Febr. 1446. Confirmauit Bullar. Cherubini, quæ est 3. 1. apud Bullar. Rodr. & 2. apud Confessores, incipit *Ordinis sui*, per quam ad supplementum S. Joannis de Capistrano, tunc pallii Vicarii Generalis jejuniæ benignitate relaxavit, plura dubia præmissæ Regulæ derogavit, & obligationem peccati mortalis in quinq; puncta restrinxit, eam à telis acceptis amovendo. Et quia hæc Bulla edita, & mensura totius Regulæ D. Claræ

idque nimis durum, & periculosum iudicemus: autoritate, & tenore præsentium declaramus, & volumus, quod in nullius prædictorum transgressione, præterquam eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota obedientiæ scilicet paupertatis, castitatis, & clausuræ, & super electione Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrant.]

2838 Ubi Pontifex, quantum ad rem nostram, de jejuniis duo disponit, videlicet primò obligationem temporis, secundo obligationem peccati, prius namque jejunium perpetuum in prima Regula Monialibus præscriptum reducit ad tempus, & numerum jejuniorum Fratrum, ita ut solum teneantur ad jejunia Fratrum Minorum de Observantia, nimirum feriæ sextæ, & Adventus à die Omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini exclusivè. At non sub mortali, sub quo sunt obligati fratres, nam postea descendendo ad obligationem peccati cunctorum præceptorum dictæ Regule numero centum, & trium, quæ refert, & inter quæ sub Capitulo tertio est jejunium, subdit:

Tenore præsentium declaramus, & volumus, quod in nullius prædictorum transgressione, præterquam eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ scilicet paupertatis, Castitatis, & Clausuræ, & super electionis Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrant. Ubi habetur expressa exceptio, & positiiva aliorum præceptorum exclusio, inter quæ est jejunium: Exceptio autem firmat regulam in contrarium.

2839 Confirmatur, quia verba posteriora Bullæ, in quibus est sermo de obligatione peccati, referuntur ad priora, nimirum ad omnia præcepta dictæ primæ Regule; imò expressè recensentur sub numero centum, & trium, adeoque referuntur ad jejunium, quod

Hh.h

quod

quod in dicto numero continetur, & coniequenter per priora verba, quod Moniales teneantur ad jejunia fratrum, solum disponit Pontifex de obligatione temporis, minime de obligatione peccati; alioquin in posterioribus verbis, per quae caetera omnia praecipit praeter quatuor expressa, ab obligatione peccati mortalis excludit, sibi contradiceret; quod non est dicendum. Per priora igitur verba Pontifex modificavit jejunium quoad tempus, de perpetuo in temporaneum, uti est in fratribus; per posteriora vero ulterius modificavit jejunium quoad peccatum. Hinc per priora verba, expresserit tempus (ut constat) per posteriora obligationem peccati.

Vide *num.* 428. 429. & 464. Et haec sunt fatis pro notitia obligationis Regulae Clarissimum D. Francisci; quae tamen licet de benignitate Apostolica sint a mortali culpa liberata, sunt enixè monenda super observantia praceptorum Regulae, maxime jejuniorum, tempore, quo solent jejunare fratres.

DE INTERRUPTIONE.

2840 **S**i ad satietatem te refecisti, & in teolum multiplicasti cum animo amplius non comedendi, si postea aliquid occurrens comedas, non violas jejunium, si non sit elapsum notabiliter quadrans; quia per tam breve tempus non habetur moralis interruptio.

2841 Si autem evocatus, aut ob negotium menti occurrens comestione interruptis eum animo eam postea prosequendi, majus tempus requiritur ad interruptionem morale, quae jejunium frangat; unde non frangit jejunium, si interruptas per horam.

2842 Similiter pauperes non frangunt jejunium, si plures interruptiones faciant, ob plures comestiunculas, quae ad unam justam refectionem sufficiant.

DE QUANTITATE

2843 **A** Peccato mortali excusat peccatum materiae. Quoad carnem tantum quantitas est illa, quam coquus deordinat gustare debet, ut discernat, an sit terrena; quoad alios cibos, duae uniae. Illi qui saepius intra eamdem diem quibusdam comedit, advertat infine notabilem quantum se comedit, frangit jejunium quoad illa modica intra eamdem diem comestione moraliter; minime, si intra diversos dies. *n. 2026. & prop. 29, ab Alex. VII. dicitur.*

2844 A veniali excusatur, qui ob necessitatem, aut preces amici, quid modicum sumit.

2845 Qui mande ante comestione tamen aliquod sumit jejunium non frangit, quia ea non est comestio, sed medicina.

2846 Qui pluries in die quibusdam comedit, peccat solum mortaliter in una comestione, & non in sequentibus; verò pluries carnes comedit, peccat quoties comedit; quia praecipuum de carne est praecipuum dividuum, continens duo praecipua partialia, unum ad servandum de unica comestione, quod non obligat semper, alterum negativum de non comedendis carnibus, quod obligat semper & semper. Per secundam inquam comestione quis sit impotens ad servandum praecipuum de unica comestione, & sic non peccat in reliquis comestiones, quia non peccat non observando praecipuum, quod servare non potest. Postquam libet autem comestione carnis adhuc est quis potens ad servandum praecipuum de non comedendo carnes, & ideo quoties carnes comedit, peccat.

2847 Qui quantitatem notabilem peccatum confessoriarum sumeret, jejunium

quia esset comestio, notabile & sub-
 nutrimētū afferens, supplente Deo
 naturalem substantiam panis. Diana
 ref. 11.

DE QUALITATE.

Extra dies jejunii prohibetur fide-
 libus comedere carnes diebus Ve-
 sabati, nisi eo die contingat festum
 Domini. Nomine carnis etiam venit
 quæ non prohibentur autem ova, & la-
 cticia; nec consuetudo, quæ in hoc adest,
 quæ est mortali, quia est introducta ex
 non animo obligandi; ita namque
 communis doctorum mens: unde mo-
 dum simplices, ne peccant ex conscien-
 tia: v. num. 486.

Tempore Quadragesimæ prohiben-
 dum solam carnes, sed etiam ova, & la-
 cticia, ex consuetudine obligate ad morta-
 le acceptata ex communi Doctorum
 determinatione Ecclesiæ: v. prop. 32.

VII. d. num. 2857.

Inno tempore Quadragesimæ prohi-
 bita, & lacticia, non solum diebus je-
 juriis, sed etiam diebus Dominicis, ex cap. de
 abstinentia, v. n. 2857.

Quædam sunt quibus diebus à carni ani-
 mali abstinemus, ab omnibus quoque, qua
 carnis trahunt originem, jeju-
 nium videlicet, caseo, & ovis. Par est ra-
 tio abstinendi à carnibus & lacticiis,
 quod est acceptum negativum. Item in Sext. Sy-
 nodi Constantinopolitana generali celebra-
 ta, ubi Can. 56. sic dicitur: *Accepi-
 mus in hac regione, & aliis locis, in
 diebus Dominicis Sanctæ Quadragesimæ
 caseum comedere: vnum est
 nomen Dei Ecclesiæ, quæ est in univ-
 ersa: & abstinere, sicut ab omni ma-*

*tabili sic & ab ovis, & caseo: quæ quidem sunt
 fructus & factus eorum, à quibus abstinemus. Si
 autem hoc non servaverint si sunt Clerici, depo-
 nantur; si laici, segregentur.*

2851 In aliis autem jejuniis extra Quadra-
 gesimam, nempe quatuor temporum, & vigilia-
 rum non sunt prohibita ova, & lacticia:
 idem dic de jejuniis ex voto, pœnitentia, aut
 Jubileo. Doctores citandi, num. 2859

2852 Potus etiam vini non frangit jeju-
 nium; quia non est comestio. Hinc mustum non
 frangit jejunium, bene verò succum, quod
 quis ore sumit ex uva; quia illud sumitur per
 modum potus, istud per modum cibi, & com-
 estionis. Idem dic de succo malorum puni-
 corum, de peponibus, & similibus.

QUÆRES

2853 An fratres Minores in jejuniis ex
 præcepto extra Quadragesimam, Adventus &
 Feria sexta, teneantur sub mortali abstinere
 ab ovis, & lacticiis?

A Firmat Melphi in Com. cap. 3. tract. 1. q. 1.
 & 2. in locis, ubi est consuetudo ab-
 stinendi, ut in Italia; secus in aliis Regio-
 nibus, ubi non est consuetudo abstinendi.
 Ita Quatuor Magistri, & Moderni exposito-
 res Regulæ, Corduba, Politius, Longus,
 quos refert, & sequitur Melphi cit. q. 2.

2854 Tota ratio est consuetudo.
 2855 Firmari tamen potest statuto Ordinis
 Salmant. Vallis, & Romano cap. 3 §. 6. num.

1. Tempore quo fratribus ex præcepto Ecclesiæ,
 vel Regulæ nostræ in iunio jejunandum est, non
 solum ab esu carniū, sed etiam ab ovis, ca-
 seo, & lacticiis aliis abstinendum est. Quod
 statutum videtur obligare ad mortale; quia
 est declaratorium Regulæ, ex facultate Euge-
 nii IV. concessa Capitulo generali declarandi
 Regulam; quam facultatem refert Corduba
 c. 3. q. 2. §. Quartum punctum.

Hhh 2

2856

2856 Si autem, quid ego sentiam, cupis, Judicium ferre nolo; intellectum tamen meum, discurrendi gratia, tibi aperiam.

Et quidem nulla mihi videtur obligatio mortalis. Ostendo: Talis obligatio abstinenti ab ovis, & lacticiis in jejniis extra quadragesimam, uti sunt jejunia Adventus, & ferria sexta, vel oritur ex natura jejunii Ecclesiastici, vel ex præcepto Regulæ, vel ex consuetudine; nullam ex his dici potest.

2857 Non primum; quia si abstinentia à lacticiis esset de natura jejunii Ecclesiastici, non staret jejunium Ecclesiasticum cum lacticiis; certum autem est, quod stat; quia comedens lacticia tenetur jejunare. Ità com. Unde jejunium Eccles. non includere ex sui natura abstinentiam ab ovis, & lacticiis; docent ex nostris Villal. par. 1. tr. 23. diff. 2. n. 8. *Port. ver. jejunium in addit. n. 7. cum Sanchez. Leander, à Marcia q. 9. super c. 3. Regulæ D. Fancisci, & Melphi cit. verb. circa quorum.* Ex Summistis verò, & Canonistis, tenet communior, nempe D. Thomas, Bonac. Filiuc. Diana, Tamb. & innumerii alii apud Leandrum de jejunio tr. 5. dis. 3. q. 4. & 5.

Imò Port. n. 8. addit, jejunium Quadragesimale non includere in se abstinentiam à lacticiis, sed eam esse distinctum quasi præceptum, ex c. denique 6. dist. 4. Hinc qui in Quadragesima frangit jejunium, & lacticia comedit, duo distincta peccata committit; & cessante ex aliqua causa præcepto jejunii, non cessat exindè præceptum abstinenti à lacticiis: v. n. 2871. & 2850.

2858 Non secundum; quia præceptum Regulæ cap. 3. non exprimit abstinentiam à lacticiis, sed purum jejunium; *Jejunent à festo omnium Sanctorum usq; ad Nativitatem Domini, &c. alii autem temporibus non tenentur, nisi sexta feria, jejunare.* Adeoque cum simus in odiosis, & lacticia sint [ex

probatis] compossibilia cum jejunio, præcepto non exprimitur, sub eo non comprehenduntur.

2859 Hinc jejunia ex voto, jejunia Pœnitentia, non obligare ad abstinentiam à lacticiis, nisi exprimat, docent Tamb. jejunio lib. 4. c. 5. §. 1. n. 25. Diana, Hierius, & alii communiter. Jejunium a regula extra Quadragesimam, vel est votum, vel purum præceptum (ut probabile est) non plus obligans, quam votum.

2860 Insuper statutum, n. 2856. præse prohibet usum lacticiorum in continentia, ut liquet ex verbis, quæ immò subdit: *superiores verò locorum, qui in communitate fieri fecerint, aut permiserint, suffragiorum jure, arbitrio Privilegiati ventur.*

2861 Idq; non sub culpa mortali, sed pœna statutaria. Quia statuta ordinis, & consuetudines Religionis, etiam admittunt apostolica roborata, non obligare ad mortalem, constat ex Bulla Sixti IV. num. 2851. & sequitur, ac docet communiter doctorum, eum Melphi in com. c. 2. §. 1. n. 2862.

2862 Falsum autem est, Eugenium concessisse Capitulo Generali facultatem declarandi Regulam. Primum, quia Eugenius per vivæ vocis oraculum, quod retinetur in Bullario pag. mibi 117. n. 1. declaravit nullum statutum nec antiquum, nec novum ligare fratres sub culpa mortali, aut ex quomodo igitur potuit sine contradi- dare facultatem Capitulo Generali declarandi statutum obligans ad mortale?

2863 Secundò; quia facultas declarandi Regulam solum residet apud sedem apostolicam minime apud Capitulum Generale, expositiones Doctorum solum faciunt probationem probabilem. Longus contra- 2864 Tertiò; quia id esse falsum

legenti concessione ipsam, quam re-
corda Corduba c. 3. q. 2. §. quartum punctum,
Sed in comp. ver. jejunium, & Melphi, c. 3.
cap. 2. cujus verba sunt: Eugenius IV.
Capitulo Generali facultatem ordi-
nandi, & declarandi, in quibus locis, & Provin-
ciis debent jejunia Regule in cibis
formalibus observare, & in quibus
Parum consuetudinem imitari, vel
se habere. Ubi (ut vides) non dedit facul-
tatem declarandi Regulam, sed declarandi
partes, in quibus debeant uti cibis Qua-
dragesimalibus, ac servate consuetudinem, &
partes, non eo modo, quo declaravit cum
Melphibus, nullam exprimendo culpam, ut
art. n. 1857.

2867 Quarto; ex Melphi in com. c. 3. tr. 13.
qui commentando præfatum statutum
art. 1855. addit facultatem, & verba Eug.
2864. quibus immediate addit: Circa
verborum seriem, notandum primo,
quod declarationem (supple tu Eugenii IV)
non communi, quo non præcipitur abstinere
a cibis, & lacticiis extra Qua-
dragesimam: ideo præcisa consuetudine cessat
obligatio. Ex quo inferitur, nec statutum
declaratorium Regule, nec Eugenium
nullam facultatem Capitulo Generali
dandi statutum obligans ad culpam
contemptus non bene concluderet Mel-
phibus, nullum esse jus obligans; quia esset jus
legis, & Statuti Ordinis.

2866 Caterum hoc gratis dato, omne
dubium Bulla Sixti IV. n. 2831. relata,
que de cetero, statuta, consuetudines, vel de-
clarações Ordinis præter Regulam, etiam
auctoritate Apostolica roborata, non obliga-
nt ad culpam mortalem, aut censuram: ibique de-
negat omnes constitutiones etiam Apostoli-
cas contrarium. Unde facultas Eugenii, gra-
tis dato, quod esset data Capitulo ad decla-

randam Regulam, nullius esset roboris, quia
cum fuerit prior Sixto IV. per annos quadra-
ginta, fuit expressè derogata per Bullam Six-
ti, quam amplectitur tota Religio cum suis
expositoribus, Melphi cit. Miranda, Port, &
alii apud ipsum, ac demum Corduba, in intro-
ductione q. 6. §. sed & notandum; vide n. 151.

2867 Cum igitur constet, Franciscanos
non teneri sub mortali ex jure communi Ec-
clesiæ, aut Regule, ad abstinentiam ab ovibus,
& lacticiis, in jejuniiis extra Quadragesi-
mam. Videndum manet, an teneantur ex
Consuetudine?

2868 Et non teneri ex consuetudine, pro-
batur; quia consuetudo, ut obliget sub mor-
tali, debet esse introducta animo se obligandi
ad mortale: ut ex n. 240. ita ut si de hujus-
modi animo non constet, standum sit pro li-
bertate, ex n. 43. Tamb. de jejunio c. 5. §. 1.
n. 22. & com. Id autem non constat de consue-
tudine, de qua est sermo.

2869 Non dicas, non posse aliud assignari
motivum hujus introductæ consuetudinis,
nisi animus se obligandi; motivum namque
fuit fervor devotionis.

Probatur, 1. quia in Franciscanis ligatis
viginti quinque præceptis obligantibus ad
mortale, nulla consuetudo potest rationabi-
liter præsumi introducta animo se obligandi
ad mortale.

2870 Hinc ipse Melphi in Com. c. 2. stat.
71. qu. 1. plures refert consuetudines in nostro
Ordine, quas [ait] non debere præsumi ef-
se introductas animo se obligandi ad morta-
le; & inter alia docet cum Miranda in Reg. c.
56. diff. 2. & Corduba, non peccare mortali-
ter Fratrem Minorem dormiendo sine habi-
tu, non obstante consuetudine in contra-
rium, & Statuto c. 2. §. 9. n. 13. à Nicolao III, &
Julio II. confirmato: *Qui sine habitu, & capucio,
chorda, & femoralibus, nisi causa infirmitatis,*

de consilio Medici, & licentia Superioris, dormierit, coram fratribus Capitulariter Congregatis, genuflexus sine capucio, in pane, & aqua jejunet.

Quod docet his verbis: *Facit quidem mihi maximam vim ista perpetua, & solemnis consuetudo, quam sanctam ecclesiam semper Minorica Religio conservavit. Quia tamen nolo aliorum conscientias laqueos injicere, à quibus illos possum, & debeo extricare. Dico hanc consuetudinem non obligare ad peccatum mortale.*

Unde concludit, prædictam consuetudinem, & relatum statutum importare debitum honestatis, minimè necessitatis, videlicet peccati mortalis. Quam doctrinam firmat auctoritate Bullæ Sixti IV, sæpè, & in n. 2831. relata, quæ statuit, statuta, & consuetudines nostri Ordinis, etiam auctoritate Apostolica roborata, non obligare sub culpa mortali, aut censura.

(Nec valet dicere (subdit idem) quod putet se peccare mortaliter aliter operantes, quia hic timor ex ignorantia procedit, vel conscientia scrupulosa) v. n. 486.

Quæ omnia militant pariter in re nostra de consuetudine abstinendi à lacticiis in jejunii extra Quadragesimam.

2871 Secundò; quia in jejniis Quatuor temporum, & Vigilantium, quæ à Præcepto Ecclesiæ præscribuntur, adest consuetudo abstinendi à lacticiis; & tamen non dicitur introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis. Idè Pasqualigus, Nav. Sanch. Diana, Tamb. & innumeri alii apud Leandrum à *Sanctissimo Sacram. de jejunio tr. 5. dist. 3. quest. 5.* Cum autem præcepta, & jejunia Regule non magis obligent, quàm præcepta, & jejunia Ecclesiæ, ut docet Corduba cum cæteris expolitoribus, quos sequitur Longus c. 3. contr. 9. sect. 4. n. 3. ideo sequitur, quod sicut

consuetudo in jejniis Vigilantium, & Quatuor temporum, non dicitur introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis; præterea dicitur de consuetudine jejuniorum extra Regulæ extra Quadragesimam.

2872 Tertiò; quia etiam in Dominico Adventus est consuetudo in nostra Religione abstinendi à lacticiis, non minus quàm in diebus jejunii; & tamen nullus dicit, quod introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis; igitur, &c.

2873 Quartò, demùm constat ex verbis ipsius Bullæ Sixti IV, ubi Pontifex reiterationem, in qua per fratres fuit expressum, quod plures erant declarationes, confirmationes, & consuetudines præter Regulam, inter devotionis, &c.

Hinc Doctores n. 2871. citati, & ex fratribus, Villalobos, & Leander de Murcia *super c. 3. Regule S. Francisci*, docent, contrariè saltem in jejniis extra Quadragesimam, cujusmodi sunt jejunia Adventus, & sextæ consuetudinem abstinendi à lacticiis non esse introductam animo se obligandi, sed ex fervore devotionis.

2874 Et noster Portellius *ver. jejunia in Addit. n. 7.* concludit: *Est probabiliter opinio, neque de jure, neque de consuetudine veteris in die jejunii lacticia extra Quadragesimam.*

2875 Quod si petas. Quomodo constat declaratione Sixti IV. Contra consuetudines, expostiores moderni, n. 2857. articulo dicant, quod in abstinentia à lacticiis in jejniis extra Quadragesimam standum à mortali consuetudini Regionum?

Huic petitioni nolo ego respondere, solum refero responsionem, quam dicit Corduba in introductione Regule, g. 6. p. 1. *34. vers. sed &* notandum, quod Sixtus IV. *privileg. circumspecta.* Ubi postquam

allatam declarationem, & dispositionem Sixti IV. & alius Nicolai III. Clem. V. & Joan. 22. hæc habet:

Præter etiam ex dictis, quod de doctoribus aliquibus, seu expositores regulæ, aut de eorum dictis, non est curandum, quomodo contra aliqua contenta in prædictis tribus declarationibus Nicolai III. & Clem. V. & Joan. 22. Quorundam exigit, aliqui loquuntur, quia aliqui eorum, ut potè Bonaventura, Hugo, & quatuor magistri, & alii, fuerunt ante dictas declarationes. Ideo mirandum, si aliter aliquando loquantur, antequam esset præceptum Ecclesiæ aliter dispositum, aut declaratum.

Etiam autem doctores fuerunt post prædictas declarationes, & forè ex inadvertentia sequenti priores expositores, aliquando aliter scripti sunt contra prædictas declarationes. Unde dictum est, de eis non est curandum contra prædictas declarationes, quæ habent eorum locum, ut patet ex dictis hic, & in ratione præcedenti.]

COCHOLATAM

Jejunium non frangere, absque ulla limitatione tenent Thomas Hurthius, & quamplures Doctores apud Tamburinum p. 135. Dianam, & Leandrum citant, quia hæbet rationem potus: is accedit conseruando, & timoratorum usus sine scrupulo. 1877. Mihi tamen valde placet sententia de præcepto Ecclesiæ. 5. disp. 5. g. Dianæ p. 11. 1897. Remigii, & Escobar apud ipsos, quod cocholata non frangere jejunium, si id, quod est cibi, misceatur aquæ in tali quantitate, ita ut aqua prædominetur, si lex unctis aquæ misceatur uncia una in medio cocholata, & media unica æquæ misceatur, si id, quod est cibi, misceatur aquæ in æquali, aut majori quantitate, ita ut prædominetur cibus. Ratio non

desumitur ex parvitate materiæ, aliis in primo casu cocholata non posset semel sumi sine veniali, nec pluries eodem die sine mortali, ex n. 2843. sed ex ratione potus, & cibi; nam cocholata primo modo hæbet rationem potus, quia prædominatur potus; secundo modo hæbet rationem cibi, & comestionis, quia prædominatur cibus. Tum quia tunc valde opponitur fini præcepti, qui est maceratio carnis; nam tunc cocholata est præceteris cibis nutritiva, & elevativa spirituum vitalium.

1978 Idem dico de aqua dulci, vulgo Sorbetta.

1879 Prima autem opinio de cocholata ob auctoritatem extrinsecam gravissimorum Doctorum, & timoratorum consuetudinem cenletur probabilis.

1880 Pinguedo, nempè sagimen, & lactum computantur inter ova, & lactinia. Diana p. 2. tr. 9. ref. 21. & plures apud ipsam. Quibus accedit consuetudo Regni Sicilia.

1881 Qui in Quadragesima comedit ova, aut lactinia, peccat quidem, si non habeat Bullam, aut necessitatem, sed non frangit jejunium, unde tenetur ad jejunium; quia lactinia Prohibentur præcepto distincto à præcepto jejuniæ, ac proinde dicuntur stare cum jejunio: v. num. 2857.

DIFFICULTAS EST DE CARNIBUS.

1882 An scilicet dispensatus ad carnes, sit dispensatus à jejunio?

Affirmant Diana p. 1. tr. 9. ref. 25. Filliuc, Tamburin, & innumeri alii, quia non potest quis esse obligatus ad aliquid, ad cujus essentiam non obligatur; adeoque, cum abstinencia à carnibus sit de essentia jejuniæ, ut patet ex ejus definitione, n. 282, sequitur, quod non obligatur ad abstinencia à carnibus, qualis est dispensatus à carnibus, non sit obligatus ad jejunium; quam rationem insolubilem vocant.

2883 Respondeo cum distinctione. dispensatus ad carnes ob debilitatem virium, & ad eas recuperandas, est dispensatus à jejuniis; minime, si est dispensatus ad carnes, quia cibi jejunii sunt ei nocivi. Rodriq. in summ. c. 24. Angles. Bonac. & alii.

Ratio est, quia in primo casu habetur necessitas duplicis comestionis, non sic in secundo, 2. Quia ex cap. cum dilecti de dolo, & contumacia, dicitur, quod præceptum Ecclesie, licet non possit in totum servari, sit servandum in parte, quæ potest servari.

2884 Non obstat ratio in oppositum, 1. Ex absurdo; sequeretur enim ex illa, quod dispensatus ab unica comestione ob longum iter, esset dispensatus ab abstinentia à carnibus; quia non minus est de essentia jejunii unica comestio, quam abstinentia à carnibus, 2. Ex ratione, quia jejunium est unum per aggregationem, & præceptum dividuum; includens duo præcepta distincta, unum de unica comestione, alterum de abstinentia à carnibus; unde si cessat obligatio ab uno, non cessat obligatio ab alio, nisi adsit pro utroque necessitas. Vide quæso insolubilitatem rationis oppositæ: v. num. 454. 455. 2846.

DE COLLATIONE.

2885 Collatio, seu refectiuncula Vespere faciendæ, ex consuetudine ob virium debilitatem, & ob somnum capiendum introducta, atque à Sancta Matre Ecclesia benigne permilla.

2886 Ex consuetudine, & praxi timoratorum sumi possunt uncie octo cibi Angles, & Mastrius, dicunt, quantitatem remittendam esse prudentiæ particularium, juxta diversitatem complexionum. Permittuntur pro collatione fructus, legumina, & alia ex saccharo, ac melle confecta. Bonacin. cum pluribus vult, in collatione non tam attendendam esse

qualitatem, quam quantitatem. Permittitur unus vel alter pisciculus parvus, & panis seu. Omnino tamen abstinentur ea, quæ quia ova sunt valde nutritiva, & carni ut potè carnis semen, adeoque collationem gnan; unde contraria opinio est contra nos mores, & scandalosa.

2887 In Vigilia Nativitatis Domini Paschatis, sumi potest collatio duplici ratione lætitiæ, Leander de jejuniis, c. 4. p. 18. Tamb. so. 1. p. 137. n. 7.

2888 Quantitas cibi in collatione permilla, potest permisceri cum vino.

QUÆRES

2889 An possit quis quantitatem permiscere nempe uncias octo panis, in aqua aut alio liquore non vesito coctam pro collatione permiscere.

Negat Filluc. rom. 2. tit. 27. p. 1. c. 1. num. 31. quia coctio notabiliter coarctat aquam; ut ex illa & pane fiat una res solidus, adeoque aqua haud amplius rationem Potus, sed cibi, quod non est pura mistio panis cum vino sine coctione.

Affirmant Diana p. 9. tr. 6. res. 3. c. 1. de jejuniis. tr. 5. disp. 4. quæst. 35. & alii. Illi illos: quia aqua etiam post coctionem pane semper remanet liquor, & videtur alimenti. Tum quia non auget substantiam cibi in ordine ad nutritionem, quod in refectiuncula attenditur; adeoque licet pro refectiuncula sumi seorsim, ita licet coctionem.

Escobar, cum aliis media via concedit, posse licitè pro refectiuncula pane cocto uncias duodecim, quia ille panis ponderis, cum proveniat ex aqua, est magis nutritivus. Quæ opinio magis tenet, quam quæ absolute affirmat, quæ Tamb. so. 1. lib. 4. c. 5. §. 3. n. 2. tota quæ collatio panis cocta cum aqua, licet non ple-

CAUSÆ EXCUSANTES

Jejunio sunt, *Impotentia, labor, & pietas.* Ob *Impotentiam*, quoties ex Jejunio adest peccatum notabilis damni. Hinc excusantur, i. *Senes*, qui 2 l. etatis annum non compleverunt, quia ratione incrementi majori indigent alimento; qui tamen eorum curam debent, curare debent, ut in Quadragesima *Jejunent* tec, aut bis in hebdomada, idque ex *ambrosio*, ut ad Jejunium instruantur; ad abstinentiam verò à carnibus obligantur omnes ad annum septimum.

2. Excusantur *Sexagenarii* incepto anno sexagesimo; licet appareant robusti; tamen in re vires deficiunt, quoniam *senectus est morbus.* Tenentur verò abstinenti carnibus.

3. *Religiosi Franciscani*, obligantur sub omni die professionis etiam ante annum ad Jejunia Regule, nempe Adventus, Quadragesima, & Feria 6. minime ad Jejunium spirituum, & quatuor temporum, quia *Regula non loquitur sexagenarii* verò *senectus* Jejunii excusantur. Ratio est, quia pro juvenibus magis habet locum privilegium, cui per professionem *concesserunt*; pro senibus verò *magis* & totalem habet locum necessitas. *Senes* die Jejunio perpetuo ex voto; quia *senectus* obliget secundum intentionem *senectus*, per accidens deobligari potest *senectus* ratione necessitatis, & incapacitatis sub *ambrosio* Leander de jejun. port. ver. jejun. n. 5.

4. *Pauperes*, qui non habent sufficientem cibum pro justa refectione; vel qui alium cibum non habent, nisi vitium, nempe carnes, aut ova; quia *benigna Mater Ecclesia non* *ambrosio*, Exam. Ecclesiast. Tom. 1.

intendit tota die ad panem, & aquam, & pauca legumina illos adstringere, aut alimentum viribus sustentandis necessarium subtrahere. *Arsdekin. ex Diana.*

2894. *Infirmi convalescentes, pragnantes, lactantes, & alii, qui ad necessarias vires majori indigent alimento. Qui ex stomachi vacuitate patiuntur capitis dolorem, aut vertiginem. Item qui, nocte dormire, aut calefieri nequeunt; qui tamen si possunt, tenentur incommodo obviare faciendo collationem mane, & comestionem vespere; ita Arsdekin. Sed non possunt comedere carnes.*

2895. *Labor excusat, non omnis, sed si fit talis, ut judicio prudenti sit in compatibilis cum jejunio; alioquin non adest necessitas; & à jejunio non excusat, nisi necessitas.*

2896. *Hinc excusantur Fabri Ferrarii, Cementarii, Lignarii, Fossores, & similes exercentes artes laboriosas. Non excusantur autem exercentes artes Sedentarias, aut quæ non tantam corporis agitationem requirunt, ut jejunio resistere non valeant; hujusmodi sunt Sartores, pistores, Tonsores, & similes, v. prop. 30. ab Alex. VII. damn.*

2897. *Leander de jejun. dis. 9. qu. 154. 155. & 156. cum aliis docet; defatigatum ex labore voluntarie assumpto, v. gr. lusu pileæ, vel etiam ob inhonestum finem, quia v. gr. pluries rem habuit cum muliere, cum prævisione futuræ impotentiae ad jejunandum, nedum non teneri ad jejunium, sed neque peccasse in causa contra præceptum jejunii. Imò Arsdekin. som. 2. pag. 313. citans pro se Dianam p. 1. tr. 9. res. 40. id tenet, etiam si defatigatio fuerit facta in fraudem jejunii; quia ille intendit solum se ponere in statu, qui est extra obligationem jejunii; Quod confirmat ex eo, quod ad evitandum jejunium aut auditionem sacri, potest quis transire ad alium locum, ubi jejunium non obligat, aut festum non celebratur.*

2898 Hæc autem opinio semper mihi visa est nimis laxa; quia præceptum, quod formaliter præcipit, aut prohibet aliquem actum pro certo tempore, virtualiter prohibet pro eo tempore omnia opera impossibilia cum impletionem præcepti. Ac proinde

2899 Dico: quando defatigatio, v. gr. iustus pilæ, est assumpta tempore remoto à die præcepti jejunii, nec teneris ad jejunium, nec peccas in causa; quando verò est assumpta tempore proximo diei præcepti; non teneris ad jejunium, nec peccas non jejumando, quia es factus imponens; peccasti tamen in causa contra præceptum jejunii; quia præceptum jejunii est moraliter præfens, à deo que virtualiter obligat ad non ponenda, sed vitanda impedimenta, à quibus commode abstinere potes; multo magis si defatigatio est assumpta eodem die præcepti; non sic in primo casu; quia præceptum non est moraliter præfens, sed remotum: v. n. 2804.

2900 Quod si non esset verum, sequeretur, quòd si quis tempore, quo præceptum auditionis facti est præfens, à lumere opis incompatibile, à quo commode abstinere posset, omisso facti non esset peccatum, nec in se, nec in causa, ob eam dem rationem.

2901 Exemplificatur assertio: si die Veneris, & secundum alios die Sabbati egrediaris ad venandum in nemore valde ab Urbe remoto, ubi opportunitas audiendi factum non adest, ac inde prævideas futuram omissionem facti die Dominico, non eris reus omissionis facti, & peccati: non quidem in ipsa omissione, quia die festo reperiris impotens; neque in causa, quia tunc non obligabat præceptum ad non ponendam causam impeditivam: non enim erat actu, aut moraliter præfens, & sic non urgebat de proximo. Si verò egrediaris sero Sabbati, aut aliquibus horis ante mediam nocte Dominica, reus eris peccati omissi-

onis facti in causa, quia à iudicio præcedenti non censetur moralis distantia à Dominico, præceptum audiendi si factum non censetur moraliter præfens, & contingit de proximo urgens ad non ponendam causam omissionis futuræ de proximo. Tom. 1. lib. 4. c. 2. §. 3.

2902 Hæc dicta sunt de operibus commodè abstinere possunt, sicut rite Cajetan. docet, non tenetur qui præceptum jejunii omittit, nisi quod non sit obligatio saltem notabilis.

2903 Quantum ad advenas, & dico eos non teneri legibus, & constitutionibus particularium locorum, nec in aliis locorum, per quæ transeunt, non autem ibi habitandi majori parte anni, nisi scandalum, aut nisi sint universales, & non 162. ad 163. in 2. tom. num. 206. & cap. quòd sunt veri viatores: à peccato non tenentur causa eos non excuso, si id faciunt in violatione præcepti, ut illud declinent, ut in tom. 2. in tom. 2. num. 122. posset enim quis, qui à jejuniis se liberare, die 23. Julii, qui non fit jejuniis vigiliæ D. Jacobi, nisi in Montem Regalem, & non jejunare, nisi ibi non fit jejunium eo die, & ipse non na; sequenti verò, quo ibi jejunatur, nisi Panorum, nec jejunare, quia hic festum non jejunatur eo die: quis autem peccat, & collutio præcepti.

2904 Et quamvis Diana part. 1. ar. 19. & 17. 10. ref. 14. & plures Doctores referunt Taub. tom. 1. lib. 4. cap. 5. n. 12. dicent, dicentes, quòd non peccet quis, si dum die antecedenti, sed etiam si ea die non jejunat, aut festi, à loco jejunii, aut ab alio se transferat, etiam ex indolentia, nisi jejunio, aut auditione facti, & ab abstinentia à servilibus se liberet; hæc ducti ratione, obligatio jejunii extenditur ad totum diem

negotio conditionis usque ad meridiem, & usque
ad vespertinum potest differri, ac proinde intra
illud tempus possit quis uti jure suo, & ad aliū
non pergere, ubi non est obligatio, & sic
liberare.

2907 Nullo pacto volo huic opinioni ad-
herere, sed eum peccare affirmo cum Rodr.
de Castro, l. c. 2. §. 1. n. 2. Ledesma, Emman,
Santander, & apud Dian, & Tamb. cit.
Absolutio maximè firmatur paritate
absolutionis à casibus reservatis, desumpta
à Bulla Clemen. X. superna de anno 1670. ubi
dicitur.

2908 Habentes facultatem absolvendi ab
casibus Sedi Apostolicæ reservatis,
et à casibus Episcopo reservatis posse
etiam Polse autem Regularem Confes-
sionem a Diocesi, in qua est approbatus,
absolvere ex alta Diocesi à Peccatis in ipsa
Diocesi, non autem in illa, ubi idem Con-
fessionarius approbatus, absolvere, nisi eosdem
casus noviter in fraudem reservationis
sunt Diocesim pro absolutione obti-
nuerint. ()

2909 Indirectus accessus ad alienam diocē-
sim ad absolutionem à reservatis, dicitur
in re nostra. Unde,

2910 Actio intrinseca est, qualescūque quan-
tum ad se quis possit uti jure suo, & sic v.
de accessu ad Panormo Montemregali
die Monteregali redire Panor-
mitano tamen habet jus utendi actu in
Panormo, quia jus nostrum est subordi-
natum, ex num. 41. Et ex jure, ex dictis
de accessu, §. 7. §. 4. fraus nemini patrocina-

2911 Cum eo die urgeat Panormi præ-
ceptum commune de jejuniis Vigiliæ Apo-
stolicæ potest quis uti jure accedendi
ad regiam, & inde die sequenti, quo
potest accedere ex industria, quod idem

est in fraudem jejunii, quia jus hominis de-
bet cedere regi,

2907 Opinioni Dianæ adhaereo, si talis ac-
cessus, & reditus fiat ex vera causa ut sequitur
ex eadem paritate, ex Bulla Clemen. X. desum-
pta: v. n. 163. & 164.

2908 Excusantur à jejuniis itinerales, pe-
destes per majorem diei partem, seu per duo-
decim milliaria. Diana in summa verb. jejuni-
um. n. 31. Non excusantur, si equitando consuetum
unius diei iter conficiant; bene verò, si nego-
tio coacti valde excedens iter conficiant, aut si
per plures dies continuatos equitent, ut inde
prævideant vires debilitandas. Leander de je-
juniis. dist. 8. quest. 101. vide prop. 4. ab Alexand.
VI. damn.

2909 Pietas tandem excusat; quoties ope-
ra pietatis, & misericordiae, tam corporalis,
quàm spiritualis, jejuniis sine gravi in-
commodo perfici non possunt. Hinc excu-
santur Concionatores Quadragesimæ, minimè
qui in solis Dominicis concionantur, nisi sint
valde debiles. Lectores, & Præceptores, quo-
rum labor est nimis, aut complexio debilior,
Confessarii debiles, & suo muneri assidui.
Cantores, qui ex officio canendi vivunt, & je-
junando redderentur inhabiles. His Sanchez
concedit in Quadragesima ova ad vocem ser-
vandam. Scriba, qui tota die ex officio scri-
bunt; qui tamen debent suas vires consulere,
an vigeant.

2910 Ceterùm tam cum præfatis, quàm
in dubiis, omnes tollit serpu'os superioris
dispensatio: v. n. 232.

Scotus in 4. dist. 8. quest. 3. litt. B. Mastrius
in Theol. mor. disput. 12. qu. 1. Joan. la Cruz.
pag. 61. Bonac. tom. 2. pag. 403. Tambur. to-
m. 1. pag. 133. Leander de præcept. Eccl. tr. 5.
Bulsem. lib. 3. tr. 6. cap. 3. Fenech. Clerica-
tus cap. 110. Meado ver. jejuniis.

DE III. PRÆCEPTO
ECCLESIAE.

Confiteri semel saltem in anno, & communi-
care in Paschate.

2911 Quilibet fidelis, postquam ad annos
discretionis pervenerit, sub mor-
tali confiteri tenetur semel saltem in anno
sufficit, si confiteatur in Paschate; quod si
tunc non faciat, debet postea, ut verum sit,
quod confiteatur semel in anno. Item tenetur
quis præcepto divino confiteri, 1. In articulo
aut periculo probabili mortis, 2. Si prævi-
deat postea non habituram copiam Confes-
sarii, 3. Si sit in mortali, & velit communica-
re, De quo fusi in to. 3. à n. 279.

Si non habeat mortale, non ligatur hoc
præcepto, quia non tenetur confiteri venia-
lia; unde sufficit, si se præsentet Confessario,
dicens, se non habere materiam necessariam,
vide n. 187.

2912 Qui solum habet Confessarium
ignarum sui idiomatis, non tenetur confiteri
per interpretem ad satisfaciendum præcepto;
bene verò in articulo mortis; quia tunc tene-
tur sibi providere tutiori & meliori modo,
quo potest: v. n. 3095.

2913 Nomine anni per Brancatum, & De-
Lugo venit annus naturalis, computandus à
Januario. Per Bonacinam, & Mastrium venit
annus Ecclesiasticus, ab uno Paschate ad
aliud.

Scotus in 4. d. 17. lit. E. M. Mast. in Theol.
mor. d. 22. q. 2. art. 2. Tamb. in Meth. Conf.
Joan. la Cruz, pag. 392. Bussem. lib. 6. tit. 4.
cap. 3. dub. 2. Leander de præcept. Eccl.

COMMUNIO

2914 Est duplex, Spiritus, & Sacramen-
talis. Spiritus est, quæ fit per vo-

rum, & desiderium efficax Eucharistiam
scipiendi: Sacramentalis est, quæ fit per
lens Eucharistia sumptionem, ex D. Bonav.
in 4. d. 9. q. 2. Communio spiritalis
manducatio spiritalis Eucharistia, quæ
ore cordis per recognitionem fidei, & affec-
tibus charitatis. Communio sacramentalis
manducatio corporalis Eucharistia, quæ
corporis.

2915 Qui facit communionem
lem debet esse in gratia, saltem per commu-
nem; nam desiderare efficaciter commu-
re in statu peccati mortalis, est mortale
præsentis est sermo de communione
mentali.

2916 Hoc præcepto Ecclesiasticum
bet fidelis sub mortali tenetur ab annis
pubertatis Eucharistiam semel sumere
schate à Dominica Palmatum usque ad Do-
minicam in Albis inclusivè in sua Parochia
aut in Cathedrali: vide num. 187.

2917 Qui non communicaverit in
schate, tenetur postea, quamprimum
modè possunt, communicare eodem
quia tempus Paschatis non est appropin-
quandum, sed ad sollicitandam obli-
nem.

2918 Potest Confessarius iuxta
suo penitenti tempus communicandi
Pascha differre; & tunc tenetur penitenti
vi ejusdem juxta Confessarii dilacionem
municare.

2919 Vagi, Peregrini, & Adve-
nibilibet intra præfatum tempus præcep-
tis facere.

2920 Die Resurrectionis, aut Jovis
cti, possunt fideles ex devotione commu-
cave in qualibet Ecclesia; dummodo
illud tempus unam communionem faciant
Parochia, aut alibi de licentia Parochi:
r. 2. p. 430. n. 484.

1921 Tenetur Agrotus ex præcepto divi-
niculo vite constitutus Eucharistiam
sumere per modum viatici, medicorum ju-
dicio, etiam non jejunus.

1922 In eadem infirmitate, & periculo
potest pluries viaticum sumere, dummodo
inter decem, aut quindecim dies interce-
dit, & non potest pluries Sacramentum
Extremæ Unctionis recipere, quia Eucharis-
tiam Sacramentum refectiois, & nutritio-
nis, quia homo potest pluries indi-
gi non Unctio. Si verò infirmus convale-
scit postea denuò infirmetur, & in alio vite
periculo constituitur, denuò potest Extre-
mæ Unctionem recipere.

1923 Qui manet ante periculum ex devo-
tione communicavit, si superveniat pericu-
lum tenetur eodem die per modum viatici
communicare, ut satisfaciatur præcepto divi-
niculo.

1924 Perpetuo amentibus, sicut non po-
tenti communi, ita neque Viaticum
interdum semel tantum, si tamen, si
interdum concedi communicatio, si non sit peri-
culum vomitus, indecentiæ, aut irreverentiæ,
debet dari Viaticum. Idem dicit de amentibus
interdum rationis habeant.

1925 Pueris interea latitudinem decimi, &
quodam anni debet dari Viaticum, sicut
Extremæ Unctionis.

1926 Item possunt, imò debent commu-
nicari novem, aut decem annorum, si
sunt in fidei, & facta Communione
interdum erratis, & de reverentia debita non
sunt, v. num. 278.

1927 Potest quis communicare ante peri-
culum penitentiam sacramentalem; sufficit
enim quod sit in gratia vide prop. 22. & 23.
Alex. VIII. damn.

1928 Tollitio nocturna involuntaria per
impedire communionem, nec copula

conjugalis nocte præcedens, nisi reliquerit
mentem perturbatam, & spiritus sensuales
valde commotos; quo etiam præciso, con-
sultius est communionem differre.

Copula verò fornicaria impedit, nisi aliud
necessitas, aut rationalis causa poscat; ut
si Sacerdos sit obligatus ad celebrandum, aut
sit Jubilæus lucrandus, &c. & licet post patra-
tum grave peccatum, debeat quis eo die à
communione abstinere, ut alio die cum ma-
jori reverentia, & decencia accedat; si tamen
positus in gratia per Confessionem eodem
die communicet, non peccat mortaliter.

2829 *Quantum ad effectus Sacramentum*
Eucharistia, 1. Dat per se augmentum gratiæ,
per accidens verò aliquando dat primam gra-
tiam sanctificantem, ut si quis bona fide pu-
tans se esse in gratia, in qua revera non est ac-
cedat cum attentione ad hoc Sacramentum,
recipit primam gratiam, & peccatorum re-
missionem, 2. Dat auxilia ad vitanda pecca-
ta, ad resistendum tentationibus, & concu-
piscentiam refrenat, 3. Delet venialia: v. pro-
pos. 56. ab Innocent. XI. damn. v. in tom. 3. de
Sacrif. Miss. præsertim à num. 279.

QUÆRES

1930 *Parochus accessit ad communican-*
dum infirmum, qui ei dixit se velle conficere:
Confessus est duo peccata contra legem naturæ,
subdens se tantum accusare, dolere de illis, mi-
nime de peccatis contra legem gratiæ; sed pro-
testatus est, se non credere Sacramentis: &
monitus, ut respiceret, noluit. An Parochus
debeat eum communicare?

Videtur, quod sic, ad vitandam infamiam
apud adstantes, qui eum tenent Catho-
licum.

Dico, nullo pacto debere, aut posse. Pri-
mò; quia in tali casu Sacerdos non tenetur ad
sigillum Sacramentale, nam illa non est Con-
fessio,

fectio, non est enim accusatio in ordine ad absolutionem sacramentalem; quia ille non credit Sacramento poenitentiae, sed Confessionem assumit ut medium ad vitandam infamiam apud adstantes. Secundò; quia non debet frui privilegio fori, qui forum recusat. Tertio; quia Parochus Sacramentum Eucharistiae nedum periculo contemptus formalis exponeret, sed certo morali periculo traderet: contra autem contemptum formalem Sacramenti clamat jus naturale, Divinum, & Canonicum, quod praevalet juri naturali famae infirmi. Non est enim bonum panem Angelorum dare canibus.

Quartò; quia jus, quod haberet ad famam, esset tantum jus naturale, cui praevaleret jus fidei ex *tom. 2. n. 26*. Hinc Parochus teneretur eum revelare, ut potè haereticum formalem, quia jus naturale non excusat à denunciando haereticum formalem, *tom. 2. n. 280*. Quod dico, etiam si haereticum nunquam antea externerit; nam extirpatione illa fuit facta animo haereticali, non enim erat paratus corrigi: *v. no. 2. n. 282. 4.*

Eadem ratione, si ancilla Turca fingens apud suos dominos se Christianam, accedat ad Confessarium petens absolutionem, ne manifestetur; Confessarius non potest eam absolvere, nec tenetur ad sigillum sacramentale; quia Confessio illa non est sacramentalis; eo maxime quia mulier illa non habet baptismum, qui est janua omnium Sacramentorum.

Scotus in *4. d. 9. quest. unic. litt. A. B. C. D.* Mastrius in *Theol. mor. dis. 12. qu. 2. art. 3.* Tamb. *e. 2. in Meth. Comp. pag. 426.* Joan. la Cruz. *p. 340. dusemb. lib. 6. tit. 3. o. 2. ar. 3.* Leander de *Pr. Eccl. Clericatus, c. 111.*

DE COMMUN. QUOTIDIANA.

Agunt D. Bonavent. in *4. d. 11. q. 2. & Scotus in 4. d. 24. q. un. litt. K.* Insuper ad decretum tenoris sequentis.

DECRETUM.

Sac. Congreg. Car. Sac. Concl. Trident. Interpretum, de mandato Innocent. XIII. Communionem quotidianam, & Corporalem venialium.

2931. Cum ad aures Sanctissimorum in fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diocesis vigere usum quotidianae Communionis, etiam in Feria sexta Paschae, & simul affirmari, eadem quotidianam Communionem praeceptam esse à Justo Juvino, quin etiam in illius administratione ab quos abusus inoleville; videlicet, quosdam qui, non in Ecclesia, sed in privatis locis, & Domini, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravi infirmitate nota, remanant sacrosanctam Eucharistiam, quam agentea theca inclusam, in crumena, aut in alio illis deferunt Sacerdotes saeculares regulares; aliiqum Communionem accipiunt in res formas, ac particulas, vel grandiores, ac tandè quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cum autem haec Sacrosanctus consideranda commiserit Sac. Congregationi Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, eadem Sacra Congregatio, per matura discussione super praedictis, curata sententia ita censuit. Et si frequens, quae in nulle Sacrosanctae Eucharistiae usus à Sanctis Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut saepius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi, certos singulis personis, aut hebdomadis dies statuerant, quae

Concilium Tridentinum præscripsit, sed
 quæ humanam infirmitatem tecum reputa-
 re, nihil præcipiens, quid cuperet, tantum
 volentis, cum inquit: Optaret quidem Sa-
 cramentum Synodus, ut in singulis illis fide-
 libus Sacramentali Eucharistiæ perce-
 ptione communicarent. Idque non immerito,
 præcipue enim sunt conscientiarum recel-
 sus, & ob negotia spiritus alienationes,
 & contra gratiæ, & Dei dona parvulis
 utilia: que cum humanis oculis scrutari
 non possumus, nihil certe de cuiusque digni-
 tate, & integritate, & consequenter
 de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis
 percipiendi constitui. Et propterea, quod ad
 præparatos ipsos attinet, frequens ad Sa-
 cramentum percipiendam accessus,
 & secretorum cordis exploranti-
 um, & frequentæ fructus, & ad pie-
 tatis processus, Laicis negotiatoribus, & con-
 iugatis, quod prospicient eorum salutem profu-
 tum illis præscribere debent. In con-
 iugatis hoc amplius animadvertent,
 quod Apostolus noluit eos invicem fraudari,
 sed ex consensu ad tempus, ut vacent
 alteri alteri admonere, tanto magis
 Sacramentali Eucharistiæ reverentiam
 tenentur vacandum, puriorque ad
 hanc Episcopalem Communionem esse
 attendendam. In hoc igitur Pastorum dili-
 gentiam per diuina invigilabit, non ut à fre-
 quenti, aut quotidiana Sacramentali Communionis
 percipiendi, aut sumendi dies generaliter con-
 tinuat, sed magis, quid singulis permitten-
 dum, & aut Parochos, seu Confessarios, sibi
 commissa poterit, illudque omnino provideat,
 ut in Sacramentali Convivio, seu frequenter, seu
 percipiendi, repellatur, & nihilomi-
 nus optam, ut unusquisque dignè pro de-

voationis, & præparationis modo rariùs, aut
 crebriùs Domini Corporis suavitatem degu-
 stet. Itidem Moniales quotidie Sacramentali
 Communionem petentes admonenda erunt,
 ut in diebus ex earum Ordinis instituto præ-
 scriptis communicent. Si quæ verò puritate
 mentis emiteant, & fervore spiritus ita inca-
 luerint, ut digne frequentiori, aut quotidiana
 Sanctissimi Sacramenti perceptione videre
 possint, & illis à Superioribus permittatur.
 Proderit etiam præter parochorum, & Con-
 fessorum diligentiam, opera quoque con-
 cionatorum uti, & cum eis constitutum habe-
 ri, ut cum fideles ad Sanctissimum Sacramenti fre-
 quentiam (quod facere debent) accesserint,
 statim de magna ad illud sumendum præpa-
 ratione orationem habeant, generatimque o-
 stendant, eos, qui ad frequentiore, aut quo-
 tidianam salutiferi cibi sumptionem devoto
 studio excitantur, debere, sive Luce negotia-
 tores sint, sive Coniugati, sive quicumque alii,
 suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sa-
 cramenti, ac Divini iudicii formidine discant
 Cœlestem mensam, in qua Christus est, reve-
 teri: Et si quando se minus paratos senserint,
 ab ea abstinere, seque ad maiorem præpara-
 tionem accingere, Episcopi autem, in quorum
 Diocesis viget huiusmodi devotio, et ga-
 Sandissimum Sacramentum, pro illa gratias
 Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiæ,
 & iudicii temperamento, alere debeant, &
 ab eorum officio postulari sibi maxime per-
 sua debent, nulli labori, aut diligentie parcen-
 dum, ut omnis irreverentiæ, & scandali suspi-
 cio in veri, & immaculati Agni perceptione
 tollatur, virtutesque ac dona in sumentibus au-
 geantur. Quod abunde continget, si illi, qui
 devoto huiusmodi studio, divina præstante
 gratia, tenentur, seque sacratissimo Pane fre-
 quentiùs refici cupiunt, suas vires expendere,
 seque probare cum timore, & charitate

attulerint : Quibus Christum Dominum , qui se fidelibus manducandum , & se pretium in morte tradidit , atque in celesti Regno se premium est daturus , precatur S. Congr. ut suam opem ad dignam præparationem , & sumptionem largiatur.

2932 Porro Episcopi , & Parochi , seu Confessarii , redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure divino , doceant in Ecclesiis , seu Oratoriis privatis , ex dispensatione , seu privilegio Pontificis , de manu Sacerdotis sumendam SS. Eucharistiam , nec eam ullo modo deferendam in crumena , aut secreto ad existentes domi , vel cubantes in lecto , quam infirmos , qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant , & ad eos , si ab Ecclesia deferantur , publice , & cum pompa , juxta formam Ritualis Romani : Si verò ab Oratorio privilegiato , cum forma decenti.

2933 Curent etiam , ut circa Communionem in feria sexta Parasceve , Missalis Rubricæ , & Ecclesiæ Romanae usus serventur.

2934 In super admoneant , nulli tradendas plures Eucharistiæ formas , seu particulas , neque grandiores , sed consuetas.

2935 Non permittantur venialium confessio fiat simplici Sacerdoti , non approbato ab Episcopo , aut Ordinario.

2936 Si parochi , & Confessarii etiam Regulares , aut quicumque alii Sacerdotes secus egerint , sciant Deo Opt. Max. rationem reddituros esse , neque defuturam Episcoporum , & Ordinariorum justam , ac rigorosam animadversionem in contrafacientes , etiam Regulares , etiam societatis Jesu , facultate ipsis Episcopis , & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa.

Et facta de præmissis omnibus , ac de verbo ad verbum relatione , Sanctissimus Sua appro-

bavit , ac præsens Decretum typis publicari voluit. In quorum , &c.

Datum Romæ 12. Februarii 1679.
F. CARD. COLUMNA PRÆF.
S. Archiep. Brancac. Episc. Vercell.
Die 15. mensis Febr. 1679. præ-
cr. affixum , & publicatum fuit , &c.

DE IV. & V. PRÆCEPTIS ECCLESIAE.

*Non celebrare nuptias temporibus
Solvere decimas.*

2937 **N**uptia , seu matrimonia , etiam
Jes. 25. cap. 10. prohibentur
ri ab Adventu usque ad Epiphaniam
ria quarta Cinerum usque ab Ascen-
sionis inclusivè. Dicitur autem expressè
solum prohibentur solemnitate
adeoque possunt in illis sponsalia , mat-
rimonia sine solemnitate celebrari , aut
nè licentia Ordinarii. Item possunt
matrimonia antea contracta consummari
solum namque est prohibita solemnitas
blica benedictio in Ecclesia. Matrimonia
20. 9. 5. n. 39. & Bonac. & alii
cap. 1. 125

DECIMA

2938 **E**t quot a bonorum debita
Ecclesia in ipsorum susten-
sustentationem.

Solutio decimarum est facienda
bus omnium rerum juxta locorum
dinem , quæ solet esse diversa. Obligatio
mortalis & ad restitutionem , nisi im-
excuset , quia fit ob Ministrorum Ecclesie
borem ad fidelium utilitatem applicanda

in recognitionem supremi domini
 233 Non solvere decimas propriè non est
 sacrilegium, quia non est violatio rei sacræ ;
 sed decima est usus rei temporalis ex iustitia
 abstrahit tamen ultra malitiam inju-
 stitiam, malitiam irreligiositatis, seu irreveren-
 tiæ contra Deum ; quia, ut advertit D. Tho-
 mas 1. 2. q. 87. solutio decimarum est præ-

cepta, & fit ob duos titulos, nimirum in sur-
 tentationem ministrorum Ecclesie, & in re-
 cognitionem supremi domini Dei ; ac proin-
 de qui eas non solvit, duas malitias contrahit,
 injustitiæ contra iustitiam commutativam, &
 irreligiositatis contra Religionem.

Mastrius *disp. 12. q. 2. art. 4. Leander de
 præc. Eccl. tr. 6. Clericatus cap. 11 ;*

PARS QUARTA

De Sacramentis.

CAPUT I.

De Sacramentis in genere.

SACRAMENTUM

EX Divo Augustino : Est signum rei
 sacræ, seu forma visibilis invisibilis
 rei, sed magis complete definitur à Scoto
 signum sensibile gratiam Dei, vel effectum
 sacramentum, ex institutione divina effici-
 ens, ordinatum ad salutem hominis
 291.

291 Dicitur, gratiam, vel effectum ejus
 sacramentum ; ob Sacramentum Eucharistiæ,
 quod ob translationem formæ supra materiam
 panis, & vini, non causat gratiam inheren-
 tem, sed effectum gratuitum, nempe gratiam
 per se subsistentem, qui est ipse Christus sub
 speciebus panis, & vini ; gratia verò inherens
 communicatur, nisi postea, quando effectus
 sacramentum, videlicet Christus sub speciebus re-
 ceptis, n. 2930.

292 Dicitur, ex institutione Divina, quia
 293. Exam. Ecclesiæ. Tom. 1.

Sacramenta novæ legis non causant gratiam
 ex opere operantis, sed ex opere operato ;
 idque ex institutione Christi, ad differentiam
 Sacramentorum veteris legis, quæ non cau-
 sabant gratiam, nisi ex opere operantis, nem-
 pe ex dispositione operantis per contritio-
 nem ; & solum ex se causabant quandam san-
 ctitatem legalem externam, nempe idoneita-
 tem ad hoc, vel illud faciendum, sine qua
 reputabantur immundi ; figurativam tamen
 nostræ veræ sanctitatis, & gratiæ. Exceptâ
 Circumcisione, quæ non causabat gratiam,
 & delebat originale peccatum ex vi, & effi-
 caciâ sua, sed intuitu professionis fidei, &
 Christi venturi, per quod Circumcisio dif-
 fert à Sacramentis novæ legis ; quia hæc cau-
 sant gratiam independentem ab omni figura,
 nec ex merito, aut dispositione operantis, sed
 ex vi, & efficaciâ propria, & ex meritis exhi-
 bitis passionis Christi.

293 Sacramentalia, sunt ceremonia qua-
 dam ab Ecclesia instituta ad ornatum, & so-
 lemne ritum Sacramentorum. Talia sunt :
 Oratio Dominica, aspersio aqua benedicta, lar-
 gitia

kkk

gitia